

de numero rerum antecedenti, nempe 6. Finge tibi hypocau- 3
 stum rotundum in omnes 4. plagas januas habens, & in medio
 positam mensam; (quo casu quis sit locus honoratissimus di-
 sputat Schvventer, & pro janua orientem spectante decidit, è
 cujus regione collocandus sit honoratissimus hospes. Delic.
 Math. sect. VII. prop. 28) atque ita hospitem situm variari co-
 gita prioritatis posterioritatisque consideratione remota. 4
 Hic obiter aliquid de Circulo in demonstratione perfecta di-
 cemus. Ejus cum omnes Propositiones sint convertibiles, pro-
 dibunt syllogismi sex, circuli tres. Ut esto demonstratio: I.
 O. rationale est docile. O. Homo est rationalis. E. O. homo
 est docilis. II. O. homo est docilis. O. rationale est homo.
 E. O. rationale est docile. 2. III. O. homo est rationalis. O. do-
 cile est homo. E. O. docile est rationale. IV. O. docile est ratio-
 nale. O. homo est docilis. E. O. homo est rationalis. 3. V.
 O. homo est docilis. O. rationale est Homo. E. O. rationale
 est docile. VI. O. rationale est docile O. homo est rationalis.
 E. O. homo est docilis.

Probl. VI.

DATO NUMERO RERUM VARIANDARUM, QVA-
 RUM ALIQUA VEL ALIQUÆ REPETUNTUR
 VARIATIONEM ORDINIS
 INVENIRE.

Numerentur res simplices & ex iisdem repetitis semper 1
 una tantum; Et ducantur in variationem numeri nu- 2
 mero variationum dato unitate minoris; productum erit 3
 quæsitum, v. g. sint sex: a. b. c. c. d. e. sunt simplices 4. † 1. 3
 (duo illa c. habentur pro 1.) f. 5 120. (120 autem sunt varia- 2
 tio numeri 5 antecedentis datum 6) f. 600. Ratio manifesta
 est, si quis intueatur schema 7. corrueant enim omnes variatio-
 nes quibus data res pro se ipsa ponitur. Usum nunc monstra-
 bimus. Esto propositum: dato textu omnes melodias possi-
 biles invenire. Id Harsdörfferus quoque Delic. Math.
 sect. 4. prop. 7. tentavit. Sed ille intextu 5. syllabarum
 K melo-